



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Transactio

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

TORNEAMENTVM.

1. **M**ortuus in torneamento, vel hasti ludio, quo venerat causa pugnandi, etiam si poeniteat, priuatur Ecclesiastica sepultura, si tamen erant illa illicita: nam cum sic fiunt, vt non sit probabile mortis periculum, licet.

* Vide Mol. d. lll. De torneam. c. 1. Syl. vers. Torneamentum.

Licent. Mol. l. c. Nau. c. 15. nu. 9. Vist. relect. de homicid. n. 32.

Transactio.

1. **N**on potest Prælati transigere in causis Ecclesiæ sine capituli cōsensu. * Syl. eod. vers. col. 1.

Tributum, vide Gabella.

Tutor, vide Curator.

Tyrannus.

1. **A**D Tyrannum, gubernantem licet recurrere pro iustitia, si aliunde non possit. * Nau. c. 14. n. 41. Vide Carbo. de legibus l. 7. c. 5. in fine.

2. Tyrannicè gubernans iustè acquisitum dominium, non potest spoliari sine publico iudicio: lata verò sententia, potest quisque fieri executor: potest autem deponi à populo, etiã qui iurauit ei obedientiam perpetuam, si monitus non vult corrigi. At occupantem tyrannicè potestatem, quisque de populo potest